

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

Clement IV, Pope of Rome. Bullae Papae Clement IV: Venerabilibus Fratribus nostris.... dated 5th August 1265.

- In: Laerzio Cherubini, Angelo Maria Cherubino. Magnum bullarium romanum, a B. Leone Magno vsque ad S.D.N. Innocentium X. P. Borde, L. Arnaud & C.I. Rigaud, Lyon, 1655, vol.1, p.165

5.viii.1265 Italy	Pope Clement IV	Papal Bull given in favour of the Order
----------------------	-----------------	---

**V. Priuilegium Fratrum Militum Hoſpitalis S. Lazari Hieroſolymitani, leproſos vndique ſulci-  
piendi, & ad domum aliorum leproſorum, cum  
corum bonis tranſducendi.**

*Hoc approbanis Pius IV. in conſt. 95. Inter. vbi vi-  
deas plene de huius Militia priuilegijs. Pleniſ  
antem notabo in conſt. 28. Pij V. Sicuti omnia qua  
eamdem Militiam tangunt.*

*1265.*  
C L E M E N S E P I S C O P U S,  
Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Miniſtro & Fra-  
tribus Hoſpitalis S. Lazari Hieroſolymitani. Saluſtem,  
& Apoſtolicam benediſtionem.

*Obſerua-  
tiones col-  
lectionis le-  
proſorum.*  
Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epi-  
ſcopis, & dilectis filiis Vniuerſis Eccleſiarum Prae-  
latis, exemptis & non exemptis, in virtute ſanctae obedi-  
entiae, & ſub excommunicationis poena, quam ipſo facto  
vos incurriſſe volumus, niſi inſtanter hoc praetens man-  
datum curaueritis diligenter: & nihilominus ſub poe-  
na officij, & beneficij veſtri, tenore praetentium praeci-  
piendo mandamus, Quatenus cum aliqui de di-  
lectis filiis Fratribus, & procuratoribus Domorum  
ordinis Leproſorum S. Lazari Hieroſolymitani, ad vos &  
loca veſtra peruenerint pro capiendis infirmis leproſis,  
ſicut Dominus praecipit in lege Moyſi, quod omnes le-  
proſi ciantur extra caſtra.

§. 1. Volumus itaque ſicut Deo complaceat tam *Facultas eſt  
ira inuicem  
colligenda.*  
mares quam mulieres, clerici & laici, religioſi & ſecula-  
res, morbo Leprae laborantes inueni per eodem fratres,  
& procuratores eorum, capiantur & eiciantur extra, cum  
eorum omnibus bonis tam mobilibus quam immobili-  
bus ad habitationem cum infirmis aliis domorum eius-  
dem Ordinis.

§. 2. Si vero Clerici vel Laici mandatum noſtrum in *Contraſſion-  
res citentur.*  
aliquo neglexerint adimplere, volumus quod perempto-  
ria citetis eodem, vt coram nobis compareant, praedi-  
ctis fratribus facturi iuſtitiae complementum. *Dat. P. A. 1.  
die 5. Aug.*